



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorum

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

I. Capitulare Romanum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

CAPITVLA
HLOTHARII
IMPERATORIS.

TITVLVS PRIMVS,

SIVE

CAPITVLARE ROMANVM.

Datum anno Christi DCCCXXIV.

*Ex constitutionibus Hlotharij sub secundo Eugenio Papa gestis in atrio
beati Petri Apostoli.*

CAP. I.

Lib. 1. leg.
Longob. tit.
11. c. 1.

Constituimus ut omnes qui sub speciali defensione Domni Apostolici seu nostra fuerint suscepti, impetrata inviolabiliter utantur defensione. Quod si quis in quocunque violare præsumperit, sciat se periculum vite sue incursum. Nam & hoc decernimus, ut Domno Apostolico in omnibus iusta seruetur obedientia, seu Ducibus & iudicibus suis ad iustitiam faciendam.

II.

Ibid. c. 1.

Vt depraedationes quæ hætenus fieri solebant, nullo modo fiant, neque vivente Pontifice, neque defuncto. Si quis verò ulterius hoc fecerit, sciat se legali sententia condemnandum. Quæ verò retro factæ sunt, legaliter emendentur.

III.

Ibid. c. 1.

In electione autem Romani Pontificis nullus sive liber sive servus præsumat aliquod impedimentum facere; sed illi solummodo Romani quibus antiquitus concessum est constitutione sanctorum patrum, sibi eligant Pontificem. Quod si quis contra hanc nostram constitutionem facere præsumperit, exilio tradatur.

IV.

Volumus etiam ut Missi constituantur à Domno Apostolico & à nobis, qui annuatim nobis renuntient qualiter singuli Duces & iudices iustitiam populo faciant & quomodo nostra constitutio servetur. Decernimus itaque ut primum omnes clamores qui negligentia Ducum aut iudicum fuerint, ad notitiam Domni Apostolici deferantur, ut statim aut ipse per suos nuntios eosdem emendari faciat, aut nobis notificet, ut legatione à nobis directa emendantur.

V.

Volumus etiam ut omnis senatus & populus Romanus interrogetur quali vult lege vivere, ut sub ea vivat; eisque denuntietur quod proculdubio, si offenderint contra eandem, eidem legi qua profitebuntur ex dispositione Domni Pontificis & nostra omnimodis subjacebunt.

VI.

De rebus autem Ecclesiarum injustè retentis, sub occasione quasi licentia accepta à Pontifice, volumus ut à Legatis nostris in potestatem Domni Pontificis & in jus Romanæ Ecclesiæ celerius redigantur.

VII.

Præcipimus etiam ut depraedationes in

Lib. 1. tit.
57.

Ibid. lib. 1.
tit. 17. c.
11.

confinio nostro non fiant; & quæ factæ sunt & ceteræ injustitiæ secundum legem ab utrisque partibus emendentur.

& numerum & nomina eorum scire & singulis de ministerio sibi credito admonitionem facere.

VIII.

Ibid. lib. 3.
tit. 36.

Placuit etiam nobis ut cuncti Duces & judices, sive alij qui cunctis præesse debent, in nostram præsentiam, dum Romæ sumus, conveniant. Volumus enim

IX.

Novissimè præcipimus & monemus ut omnis homo, sicut Dei gratiam & nostram habere desiderat, ita præter in omnibus obedientiam atque reverentiam Romano Pontifici.

Ibid. tit. 11.
c. 3.

TITVLVS II.

ALIA EDITIO

EIVSDEM CAPITVLARIS.

Ex libris legis Longobardorum editis, sed emendatis auctoritate veterum exemplarium.

Capitula quæ Domnus Hlotharius addidit ad limina beati Petri.

CAP. I.

justionem nostram facere præsumperit, in exilio tradatur.

Lib. 3. tit.
11. c. 1.

Constitutum habemus ut omnes qui sub speciali defensione nostra seu Domni Apostolici fuerunt recepti, impetrata inviolabiliter justa utantur defensione. Quod si quis contemptor in quocunque tempore hoc violare præsumperit, sciat se periculum vite sue esse incursum. Nam & hoc decernimus, ut Domino Apostolico in omnibus ipsi justam servant obedientiam, seu Ducibus ac judicibus suis ad justitiam faciendam.

IV.

Volumus ut cunctus populus Romanus interrogetur quali lege vult vivere, ut tali lege quali vivere professi sunt vivant, illis que denuntietur, ut hoc unusquisque tam Duces quam judices vel reliquus populus sciat, quod si offensionem contra eandem legem fecerint, eidem legi qua profitentur vivere, per dispensationem Pontificis ac nostram subjaceant.

Ibid. lib. 1.
tit. 37.

II.

Ibid. c. 2.

Volumus ut deprædationes quæ hæcenus fieri solebant, ne fiant, neque vivente neque defuncto Pontifice. Si quis verò hoc ulterius fecerit, sciat se legali sententia esse damnandum. Quæ autem retro actæ sunt, placet nobis ut per dispositionem nostram legaliter fiant emendatæ.

V.

De rebus Ecclesiarum injustè invasis sub occasione quasi licentia accepta à Pontifice, & de his quæ necdum redditæ sunt, & tamen à potestate Pontificum injustè fuerant invasæ, volumus ut per Missos nostros fiant emendatæ.

Ibid. lib. 1.
tit. 27. c. 11.

III.

Ibid. c. 3.

Volumus ut in electione Pontificis nullus præsumat venire, neque liber, neque servus, qui aliquid impedimentum faciat illi; exceptis solummodo Romanis, quibus antiquitus fuit consuetudo concessa per constitutionem sanctorum patrum eligendi Pontificem. Et si quis contra hanc

VI.

Placuit nobis ut cuncti judices, sive hi qui cunctis præesse debent, per quos judicialis potestas in hac urbe Romana agi debet, in præsentiam nostram veniant, quoniam volumus nomina & numerum eorum scire, & singulis de ministerio sibi credito admonitionem facere.

Ibid. lib. 1.
tit. 36.

VII.

Novissimè admoneatur ut omnis homo, sicut

Ibid. tit. 11.
c. 3.